

haldene unde zcu volczyne, als gewonlich in dem lande ist, das gelobe ich vorgeanter Nickel von Polenczk, Sifryd von Polenczk gesessin zcu Hersteyn, Heynrich von Waldow gesessen zcu Tubinheyn, Segemunt von Rogewicz gesessen do selbins. Des sint geczuce dy erbern her Johann von Hersteyn, her Francze Kongisbrucke, thumhern zcu Misin, her Henrich von Tubinheyn, probist zcu dem heyligen crucez Mertin Kelker burger zcu Misin vnde bedirwer lute vil. Gegeben zcu Misin an dem dynstage vor sente Gallen tage, anno nonagesimo.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln Nickels von Polenczk (das zweite ist abgerissen), Heinrichs von Waldow und Segemunts von Rogewicz.

No. 722. 1391. 2. Juli.

Nicolaus B. von Constantiana, Weihbischof zu Meissen und Bevollmächtigter des B. Nicolaus bekennt von der Aebtissin und dem Stift zu Quedlinburg den der päbstl. Kammer schuldigen jährl. Zins von 1 Mark empfangen zu haben.

Nos Nicolaus dei et apostolicae sedis gratia Constantianensis episcopus ad infra scripta a reverendo in Christo patre ac domino Nicolao episcopo ecclesiae Misnensis apostolicae sedis nuncio auctoritate apostolica deputatus recognoscimus nos recepisse a venerabilibus dominabus abbatissa et canonicabus ecclesiae secularis Queddelling. Halberstadensis diocesis pro anno praesenti annui census unam markam puri defecati Magdeburgensis ponderis, quam camerae apostolicae solvere tenentur de qua marca per nos sic recepta praefatas dominas abbatissam canonicas et ecclesiam earum supradictam quitamus et quitas esse dicimus per praesentes, et a sententiis excommunicationis si quas occasione praedicti census annui non solvendo incurrerint in dei nomine absolvimus in his scriptis. In quorum testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum et actum Magdeborg anno domini M^o CCC^o nonagesimo primo ipso die beatorum Processi et Martiniani martyrum.

Nach dem Original im Provinzialarchiv zu Magdeburg mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.

No. 723. 1391.(?) 4. Nov.

B. Nicolaus entscheidet die Rechtsfrage, ob und welcher Antheil an Legaten für Kirchen deren Pfarrern, bei der Stiftskirche zu Budissin den Capitularen zukomme.

Nos Nicolaus dei et apostolicae sedis gratia episcopus Misnensis notum facimus universis et singulis praesentes nostras litteras inspecturis, quod a nonnullis nostris plebanis et eorum parochialibus plurimis fuit in dubium revocatum de his, quae testator pro anima sua legat in ultima sua ecclesiis, qualiter fuerit inter plebanum et ecclesiam dividendum, petitumque fuit a nobis, ut praemissa declarare dignaremur. Nos praedecessorum nostrorum episcoporum, qui sic in suis synodis diffinierunt, ac ius commune quod inter plebanum et ecclesiam suam statuit observari vestigia inhaerendo de consensu capituli nostri Misnensis tenore praesentium sic duximus declarandum. Equidem verum est, quod plebanus secundum consuetudinem in dicta nostra